



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 69. Jubilæum Romæ ad annum 1400. celebratum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

crimina charitati proximi contraria penitus exulaverint. Hi sunt fructus illi insignes inde progeniti. Tandem vero detecta est eorum fallacia, & horum Pseudopœnitentum ordo contemptui habitus, paulo post evanuit, penitusque extinctus est.

§. LXIX.

Jubilæum Romæ ad annum 1400. celebratum.

Spond. an.
1400. §. I.
Gobellin.
Person.
Cosmod. l. 6.
c. 81. p. 311.
Niem. l. I.
c. 68.
Juv. Ursin.
p. 142.

Eodem anno 1399. Christi fideles, præcipue vero Galli, pie credentes, ad initium cujuslibet sæculi solemnne Jubilæum celebrandum esse, Romano itineri se accingunt, illud anno sequenti 1400. indictum consecuturi. Equidem Bonifacius VIII. hanc solemnitatem anno 1300. instituens, anno quovis centesimo reiterandam declaravit, Clemens VI. tamen hunc terminum nimis prolixum existimans, ad quinquagesimum annum reduxit. Tandem vero Urbanus

nus

nus VI. in memoriam annorum, quos
Christus Iesus in carne nostra mor-
tali transegit, ad quemlibet trigesi-
mum tertium annum circumscripsit.
Verum Fidelium pietate antiquis mo-
ribus tenaciter adhærente, nihilomi-
nus singulis centum annis Romam
peregrinari assueverant, hæc indul-
gentias lucraturi, unde Romanæ urbi
non modica accessit utilitas, cum e-
contra aliis regnis præjudicium infer-
retur. Rex Galliæ regnum suum
exhaustum iri ratus, suis subditis tur-
matim ad Jubilæum anni 1400 accur-
rentibus hanc peregrinationem inhi-
bere decrevit, quod ut consequere-
tur, eo fine regno exire, speciali lege
vetuit, partim, ne Bonifacius pro
legitimo Pontifice agnosci videretur,
partim ne pecuniæ extra regnum
deportarentur. Verum insuperhabi-
to hoc edicto Galli utriusque sexus
certatim Romam profecti sunt. Cum
vero Bonifacius bello adversus Ho-
norium Cajetanum Fundorum Comi-
tem implicaretur, peregrinantes suæ
inobe-

inobedientiæ pœnas dederunt; nam priusquam Romana limina salutarent, a militibus Comitibus spoliati, alii trucidati, plures nobiles quoque sceminae stupratae fuerunt. Eorum, qui Romam venerant, innumeri pestilentia, quæ tum singulis diebus in urbe fere sexcentos homines abripiebat, perierunt.

§. LXX.

Iter, & adventus Imperatoris Constantinopolitani in Gallias.

*Monach.
S. Dionys.
l. 20. c. 1.*

Jam ab anno 1399. Urbs Constantinopolitana a Turcis obsessa cum extremo periculo lætatur. Pera enim, quæ quasi illius suburbium est, urbemque commeatu juvabat, hostium insultibus vix ultra resistere poterat. Ast Bucicaldus Mareschallus cum ducentorum virorum cohorte in auxilium submissus, suburbium, simulque urbem obsidione liberavit, Turcas repulit, & iterata velitatione profligavit. Cum vero militum

&